Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25999
Copyright: Admont, Benediktinerstift



pma equi rufi. & in quadriga sedā equi nigri. & in quadriga tertia equi albi.
& in quadriga quarta equi uarii fortes. Denique hęc erant illa quatuor regna
mundi egredientia quasi de medio duorum montium qui erant ęrei. idē insu
pabilia erant atq; fortissima. & quę ut putabatur nulla possent uetustate
ēsumi. In quadriga pma equi rufi erant. cruenti & sanguinarii. & babylo
nia crudelitate tribules. In quadriga sedā equi nigri. regnū medorum atq;
persarum. quod bige sedens & egrediens. pasueri regis edictum morte omnium
iudeorum trista nuntio perferebat. In quadriga tertia equi albi. macedones.
sub quorum rege amphocho machabeorum victoriam legimus. In quadriga quarta
equi uarii & fortes. Scimus enim romanorum reges alios ingentem iudeam
esse elementes. ut gaium cesarem augustum. & claudium. alios persecutores atq;
tribules. ut gaium caligulam. neronem. uespasianum. & adrianum. Hunc
autem annuntians regnum dei eum dixisse. ecce rex tuus uenit iustus & salua
tor. eum uenire cunnio. Ipse pauper & ascendens super asinum. & super pullum filium
asinę. Tamquam diceret. Hi in curribus & hi in equis. hic autem in nomine domini
benedicto uenit nobis. Nam & eum uirtutem literalem huius prophetę sensum sedens super
pullum asinę ingrederetur ciuitatem hierlim accepturus. idest passionem suam
ad se ipsum omnia tracturus. turbę clamabant illi. Osanna. benedictus
qui uenit in nomine domini. benedictum quod uenit regnum patris nostri da
uid. Cui regni effectus uel officium in quo sit. subdendo manifestat. Tu quoque
in sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de laeu in quo non est aqua.
Quod ita intelligitur. In sanguine passionis tuę eos quinctos in carcere tene
bantur inferni in quo non est ulla misericordia tua clementia liberasti. Tuus ad
ipsos gratulabundus per apostropham dicit. Conuertimini ad munitionem
uincti spei. Et est sensus. Qui nec uincti estis qui solutionem uinculorum im pi
peratis aduentu euertimini ad munitionem. quam non aliam debemus ac
cipere nisi habitationem paradysi. in qua primus eum domino latro ingressus est.

Et erit in die illa. super domum dauid. & super habitatores
hierlim spiritum gratię & preum. & aspicient ad me quem confixerunt.
et plangent super eum quasi super unigenitum. & dolebunt super eum ut doleri
solet in morte primogenito. Ac deinceps. In die illa erit fons patens domui
dauid. & habitantibus hierlim. in ablutionem peccatoris & menstruatę.
Hic spiritus gratię. & hic fons domus dauid. ille spiritus & illa aqua est. de qua scriptu
rarum omnium sacrarum saluator noster in euangelio loquitur. Amen amen dico
tibi. nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire
in regnum dei. Porro super hierlim super quam effundit hic spiritus. ipsa est